

INTROIT Ps. 36: 39

Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis. Ps. 36: 1 Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Salus autem justórum a Dómino: et protéctor eórum est in témpore tribulatiónis.

COLLECT

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Faustíni et Jovítæ solemnitáte lætifícas: concéde propítius; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Hebr. 10: 32-38

Fratres: Rememorámini prístinos dies, in quibus illumináti magnum certámen sustinuístis passiónum: et in áltero quidem oppróbriis et tribulatióibus spectáculum facti: in áltero autem sócii táliter conspántium effécti. Nam et vincitis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habere meliórem et manéntem substántiam. Nolíte itaque amittere! confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem. Patiéntia enim vobis necéssaria est: ut, voluntátem Dei faciéntes, reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum aliquántulum, qui ventúrus est, véniet, et non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.

GRADUAL Ps. 33: 18-19

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivít eos: et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos. V. Juxta est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde: et húmiles spíritui salvábit.

(After Septuagesima until Easter, the Alleluia is omitted and the Tract is said instead.)

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Te Mártyrum candidátus laudat exércitus, Dómine. Allelúja.

TRACT Ps. 125: 5-6

Qui séminant in lácrimis, in gáudio metent. V. Eúntes ibant et flébant, mitténtes sémina sua. V. Veniéntes autem vénient cum exultatióne, portántes manípulos suos.

GOSPEL Luke 12: 1-8

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Atténdite a ferméto pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur: neque abscondítum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicébitur: et quod in aurem locutí estis in cubiculis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreámini ab his, qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis, quem timeátis: timéte eum, qui, postquam occídent, habet potestátem míttre in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timeáte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivíone coram Deo? Sed et capílli cápiti vestri omnes numerári sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumque conféssus fuerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitétur illum coram Ángelis Dei.

OFFERTORY Sap. 3: 1-3

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malítiæ: visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace, allelúja.

SECRET

Adésto, Dómine, supplicatióibus nostris, quas in Sanctórum tuórum commemoratióne deférimus: ut, qui nostræ justítie fidúciám non habémus, eórum, qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matt. 10: 27

Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dóminus: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: ut, quorum solénnia celebrámus, eórum oratióibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evil-doers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The salvation of the just is from the Lord: and He is their protector in the time of trouble.

O God, Who dost gladden us by the annual solemnity of Thy martyrs, Faustinus and Jovita,, mercifully grant that we be kindled by the example of those in whose merits we rejoice. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, call to mind the former days, wherein, being illuminated, you endured a great fight of afflictions. And on the one hand indeed, by reproaches and tribulations were made a gazing stock; and on the other, be come companions of them that were used in such sort. For you both had compassion on them that were in bands, and took with joy the being stripped of your own goods, knowing that you have a better and lasting substance. Do not therefore lose your confidence, which hath a great reward. For patience is necessary for you: that doing the will of God you may receive the promise. For yet a little and a very little while, and He that is to come, will come and will not delay. But my just man liveth by faith.

The just cried, and the Lord heard them, and delivered them out of all their troubles. The Lord is nigh unto them that are of a contrite heart; and He will save the humble of spirit.

(After Septuagesima until Easter, the Alleluia is omitted and the Tract is said instead.)

Alleluia, alleluia. The white-robed army of martyrs praiseth Thee, O Lord. Alleluia.

They that sow in tears shall reap in joy. Going they went and wept, casting their seeds. But coming they shall come with joyfulness, carrying their sheaves.

At that time, Jesus said to His disciples, Beware ye of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisy. There is nothing covered that shall not be revealed: nor hidden, that shall not be known. For whatsoever things you have spoken in the darkness, shall be published in the light; and that which you have spoken in the ear in chambers shall be preached on the house-tops. And I say to you, My friends, be not afraid of them who kill the body, and after that have no more that they can do. But I will show you Whom you shall fear: fear ye Him Who, after He hath killed, hath power to cast into Hell. Yea, I say to you, fear Him. Are not five sparrows sold for two farthings and not one of them is forgotten before God? Yea, the very hairs of your head are all numbered. Fear not, therefore: you are of more value than many sparrows. And I say to you, whosoever shall confess Me before men, him shall the Son of man also confess before the angels of God.

The souls of the just are in the hand of God, and the torment of malice shall not touch them: in the sight of the wise they seemed to die, but they are in peace, alleluia.

Be nigh, O Lord, unto our prayers which we offer in memory of Thy Saints, that we who put not our trust in our own righteousness, may be helped by the merits of those who were well-pleasing to Thee.. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear preach ye upon the housetops.

We who have been satisfied with these saving Mysteries, beseech Thee, O Lord, that we may be aided by the prayers of those whose feast we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.